

## Quintū Preceptum

**D**ū qđ p̄ncipes fattiū: dicā t̄  
ciuitas facere: Sic autē non  
oēs existimāt se esse illud qđ  
sunt. Pr̄incipale enim in homi-  
ne est mens rāconalis. secūda  
rūū autē est natura sensitua et  
corpalis. Quorū primū wcat  
ap̄. in teriore hominē ut patz  
et cor. v. Homi autē existimāt  
pr̄incipale in seip̄b rāionale  
naturā sive in teriore hominē.  
vñ fm hoc existimāt se eē qđ  
fut. mali autē existimāt pr̄inci-  
pale in seip̄b naturam sensit-  
uā et corporalē sc̄; extiore homi-  
nē vñ nō recte cognoscētes se  
g ip̄os non vere diligunt. **E**t  
hoc pbat philo. in. ix. ethi. p  
quīqz. que sūt amicitie apria.  
vnusquisqz enī amc̄o. Pr̄imo  
qui dē vult suū amicū esse. et vi-  
uere. Secūdo vult ei bō. Ter-  
tio opatur bō. ad ip̄m. Quar-  
to uiuit ei delectabiliter. Quin-  
to cōcordat cū ip̄o quasi in eis  
dem delectat⁹ et cōtristatus.  
Et fm hoc homi diligūt seip̄os.  
q̄tum ad in teriore hominē  
Quia etiā volūt ip̄m obserua-  
ri in sua integritate. Et optat  
ei bona eius que sunt bona spi-  
ritualia. et ad assequēdū op̄az  
impēclūt. Et delectabiliter ad  
cor redeut. quia ibi inueniunt  
bonas cogitacōes in presenti.  
et memoreiam bonorū preteri-  
torū. et spem futuroz bonorū

## Capitulū Septimū

ex quib⁹ delectacō causatur.  
**S**imiliter etiā nō patiūtur i  
scip̄b dissentionem volūtatis.  
q̄ tota aia eoꝝ tēdit in vnū  
Contrařio autē mali non vo-  
lunt cōseruari in in teriore ho-  
minis integritate. nec appetūt  
eius spūalia bona. nec ad hoc  
opantur. nec delectabile est  
eis secū cōuiuere redeundo ad  
cor. q̄ inueniūt ibi mala p̄sen-  
tia. p̄teita et futura que ab hor  
rēt. nec etiā sibi p̄b cōcordat  
apt̄ cōsciētiā remordētem fm  
illud ps. Arguā te. et statuā  
cōtra fatiē tuam. Et p̄ idem p  
bari pōt q̄ mali amāt seip̄os  
fm corrūpcōem extioreis ho-  
minis. Sic autē homi nō amāt  
seip̄os. odiūt ergo malis seip̄os  
sc̄dm p̄ncipale sui vic̄; aiām.

## Capitulū. vii.

**H**oc necessariū est scire a  
quō inimici v̄l pecca-  
tores sint diligēdīk  
odiēdīde quibus xp̄us p̄ce-  
ptum dat ma. v. dicēs. Audi-  
stis q̄ dictū est. diligēs pri-  
mū tuū. et odio habeb inimi-  
cum tuū. Ego autē dico v̄b di-  
ligētē inimicos vestros bñfaci-  
te hñs qui odēt ws. et orate  
p̄ p̄sequētib⁹ et calumnianti-  
bus ws. ut fitis filii pris v̄ri:  
qui in celis est. Qui solē suum  
oriri facit sup̄ bonos et malos.  
et pluit sup̄ iustos et iūstos

## Quintum

## Preceptum

vbi dicit glō. q̄ iñimici nostri  
trib⁹ modis pugnāt ōtra nos.  
sc; mētali odio. verbali oppro-  
brio. ⁊ corporali nocumēto. siue  
lesione in exteiori bono ut no-  
tatur in verb⁹ pdic̄tis. **S;** ibi  
ecōtrario tria iubet veritas iñi-  
miciis impendēda vic; diligere  
corde. būdicere ore. ⁊ opib; s̄b  
uemire. de quib; trib⁹ vidēdū  
erit. Primo quō corde sint dili-  
gēdi iñimici. vbi tria occurrit  
declaranda. p̄mo an iñimico ⁊  
dilectō sit nob̄ possibilis. Se-  
cundo si sic. Cur iñimici sint dili-  
gendi ⁊ non odiēdi. Tercō an  
ad eorū dilectionē necessaria sit  
**b** spālis actuacō. **¶** Qñntum ad  
prīmū repūnit tam ceci racōe.  
a infēti volūtate ut affirmēt:  
a quidē credāt sibi impossibi-  
le eē q̄ iñimicos diligant cōtr̄  
quos scriptura. scō ⁊ doctrīna.  
⁊ phorac naturaliū exempla.  
**T**lā Math. v. 8. Si dimisi-  
tis h̄ib⁹ peccata eorū dimitte  
awbis pat̄ wster celestis de-  
bita wstra. Sup quo glō. vi-  
detis fratres. q̄ cum dei grā. in  
ptāte nostra positum est quō  
ad nō iudicemur Inquit enim  
dñs. Si dimisi tis dimitetur  
wbis. Sinon dimisi tis non  
dimitetur wbs. In ptāte autē  
nostra est dimittere ⁊ non di-  
mittere. Ex̄pla habim⁹ gen.  
xlv. Vbi post extremā iñuri-

## Capitulum

## Septimū

am p̄ frēs illatā Ioseph. ex ami-  
citia singulos osculabatur. ⁊  
sup singulos flebat. sic Exod.  
·xxxix. Moyses a p̄plo crebro  
veratq̄ cū iā. p̄e lapidaretur:  
tn̄ ait ad deū. Sino dimiseris  
pecc̄m populi tui. dele me de li-  
bro quē scrip̄isti. Et. iñ. Re. pri-  
mo Daud cui suus iñimicus se  
mei iñ fatē maledixit. maluit p̄  
cere. ⁊ letales iñimicos flere no-  
uit. ⁊ eosdē occidētes. pumire.  
ido ait i ps. Si r̄ddidi r̄tribu-  
entib; m̄ mala dēcidā meito ab  
iñimicis meis iamis Jo. q̄. iñ. sic  
deus dilexit mūdū ut vñgeitū  
suū daz. ut ois q̄ credit i eum  
nō peat s̄ h̄at vitā eternā. At  
Rō. viij. Sic nos xp̄ d̄lēxit q̄  
tr̄ d̄dīt seip̄m p nob̄ in mortē  
Iust⁹ p̄ iñiustis cū tn̄ iñimici  
eēm⁹ Et p̄ se p̄sequetib; i cruce  
ait. p̄ ignosce illis q̄ nesciūt  
qd faciūt. Quē btūs stepha. se-  
quēs p̄ iñimicis se lapidātib⁹  
Act. viij. flexis gemib; ⁊ clamā-  
do orabat. Vbi p̄ se stādo ora-  
uerat dices dñe accipe sp̄m me-  
um. **¶** Ad idē fūnt scōrū dicta c  
a exempla nam q̄ possibile fit  
nobis iñimicos diligere pat̄  
per Augustinum qui de seruo  
pigro qui non vtebatur viri-  
bus sibi a deo collatis. sic dicit  
Seruū pigrum qui s̄m histo-  
riam euangelicam talentū do-  
mini sui creditū fodit in terraz.

## Quintū

## Preceptū

nec in eo negotiatus est. non  
dānaret deus. si ea que nullo  
modo fieri poterat p̄cepiss̄. Et  
b̄tūs Jero. Anathema sit. qui  
dicit deū precepisse impossibi-  
le. Preterea si tot mulieres. pu-  
eri. et tam delicate puelle flā-  
mas. ignes. et gladios. ymo-  
bestias eq̄nimit̄ p̄tulerūt p̄  
xp̄o. q̄ tñ nobis fuerūt similes.  
Cur nō possem⁹ ouicia et iniu-  
rias equanimit̄ tolerare. et  
imicos diligē. Simile docet  
exempla phorū ut in vītis eorū  
legitur. nam pitacus philo.  
cum dux esset mitilenium  
contra athēmēn. quorum dux  
fuit. firmo ex pacto singulae  
certamen in dixit pitac⁹. et se-  
cuto occultato r̄thi cū firmo.  
nem inuolueret et occideret.  
ac triūpho potit⁹ in p̄ncipem  
mitileniū leuaretur. p̄ncipa-  
tu post decēnū resignauit. iā  
ciuitate optime ordinata. Cū  
q̄z quidā opari⁹ eius filium  
securum ingerēs interfeiss̄. et  
occisor ligatus p̄ ciues pitaco  
p̄ntaretur ip̄m absolutus dices.  
Indulgentia esse supplicio po-  
tiorē. Sic escines philo. et oā-  
tor maxim⁹: cū sua eloquētia  
athēnas regeret. et ibidem a  
demostene oratore in orando  
victus in iudicō. rodis ppter  
ignominia p̄ geret. et ibidem  
rogatu ciuitatis primo suāt̄

## Capitulū

## Septimū

deinde demostēnis oracōe; cla-  
rissimā recitaret et cūctis vtri-  
usq̄z eloquētiam miratibus. et  
plus demostēnis. Sic ait. lō-  
ge ap̄lius mirati eētis. si ipsū  
poratē audiuissetis imīcī  
sui testis et cōmendator excel-  
lentissim⁹ effect⁹ ibidē habe-  
tur. sic etiam valer⁹ de vītis  
phorū refert de sc̄te. q̄ semel  
ictu calcis p̄cussus cum quidā  
ei⁹ tolerantiā miraretur. ait.  
**S**i alīn⁹ me p̄cussisset calce.  
vñ eū in iudicium cōuenirem.  
Cur igitur non sic eq̄nimit̄  
sustinerē ictus h̄im. sicut per-  
cussurā irraconatū. Qd etiā in  
imīcī possim⁹ pcere. pat̄; a si-  
mili. nā si tu exspectares ab im-  
patore mgnū donū. et te impa-  
tor offendere v̄l p̄cuter; Tu  
ne sumptuz donū p̄deres. nec  
facto. nec verbo. ppter tale do-  
num vīdicares. Cur igitur nō  
faceres simile. p̄ eterna p̄ri-  
imīcī pcēdo. **Q**uo ad. 2. pñ. d  
cipale. **Q**uo imīcī fint diligē-  
disi quare. Rotandū primo  
quis fit imīcīus. Est autē imī-  
cīus ille q̄ affectat. et optat.  
aut volūtarie infert. aut infer-  
re conatur altei malum culpe.  
aut penei aia corpēl reb⁹. Et  
hoc facit nō ad correctōe; p̄-  
ximi. nec ad iustitiā exercen-  
dā nec ad aliud bonū aliqd. H̄  
tm alteri ad malum. vel etiam

## Riūntum

## Prēceptum

qui mala intēcōne gaud; de  
malo p̄mī. Aut tristatur de  
eius bono. Dicitur p̄mo qui af-  
fectat altei malū non ad corre-  
ctionē eius. sed tñ in malū su-  
um. puta ex odio rācore. vel ai-  
mī amaritudine. Quia si quis  
vellet alteri malum pene ut car-  
ceres. verbera. paupertatez. infir-  
mitatez. q̄ h̄mōi. a solū ad cor-  
rectōe; sui a p̄fēctum aie eius  
Aut ap̄t coēm vtilitatem. q̄ fa-  
ceret illud non er amaritudine  
animi. rancore. vel vīdicta. s̄ frater-  
na dilectione. Talis nō  
ess̄ imīnicus alteri censendz.  
sed amicus. q̄ p̄delle conatur.  
q̄ uis obesse videatur. Ideo pa-  
rentes pumētes pueros suos.  
q̄ m̄grī scolares. nō sunt eorū  
imīnici estimādi. sed amici. Se-  
cūdo dī non ad iusticiā exercē-  
dam. Quia q̄ vult aut infert al-  
tei malū pene. amore exequen-  
de iusticie: non ē imīnicus perso-  
ne pumēde. Vñ lictor non est  
imīnicus eius quē occidit medi-  
ante iusticia. nec iuder simili-  
dūmodo non ex odio vel rā-  
core sed solū ap̄ter coēm vtilita-  
tem illa faciant. amore p̄claris-  
sime iusticie. Vñ tercio. vel pro-  
pter aliqd aliu d̄ bñū. q̄ medi-  
cus qui prodesse intēndit tan-  
q̄ amicus: vrit infirmum quez  
sanare intēndit. Dicitur quar-  
to vel qui mala intēcōne gau-

## Capitulum

## Septimū

det de malo p̄mī. à tristatur  
de ei⁹ bono. Quia si intēcōne  
bō facit. ut de tristitia inuidie  
fuit dictū: nō ē imīnicus censem-  
dus. Er quib; pt; q̄ h̄o potest  
licite velle i casu amico suo ma-  
lum. sc; paupertatis. infirmitatis.  
mortis. vñ h̄mōi. dūmodo sine  
rācore fiat a bō intēcōne. ad  
bonum peccātis. vel coitatis. seu  
iusticie. Ut greg. dīc. xxij. mo-  
ra. Sed ut ibi de s̄b̄dit. ad h̄c  
suanda valde necessariū ē sub-  
tilissime discrecōmis examēne  
cū nrā odia exeq̄mur: fallimur  
sub specie vtilitatis alienē. vide  
hic: estimātes nos mala imīni-  
cis nostris velle. ppter eorum  
correctionem. vbi ex odio vo-  
lum? rancore. vel mala affecti-  
one. Et statiloqtur de tirāno  
ap̄ter facino à p̄nto. Subtili-  
ter inqt pensare debem⁹. qd de-  
bem⁹ ruine peccātis. a quod iu-  
sticie deſerētis. Nā cū puerū  
quēq̄ oipotens de⁹ percusseit.  
a cōdolēdū ē miserie pēnitis. a  
cōgaudēdū ē iusticie iudicis.  
**C** Secundo nōndū q̄ imīnici  
eo duo sūt cōſideranda. p̄mī  
ē imīnicia. odīū seu rancor. quē  
habet ad p̄mī suū. q̄ bñ illa  
non debemus imīnicū diligere.  
hoc est. q̄ non debem⁹ velle q̄  
sint imīnici nostri. aut alioū.  
aut ut habeat odīū. imīnicitiā.  
a h̄mōi v̄rs⁹ nos. vñ p̄mīos.

## Capitulū Septimū

quia hoc esset velle eorum mala  
a peccata contr̄ caritatem. Et  
hoc tenet cōmūter doctores  
i.ij. di. xix. a. xxx. a. tho. 2.2.  
q. xxv. Quo d̄ siderāda ē in im  
mico iphi natura sibi quā ad  
dei ymaginē creatus ē: capax  
glorie nobiscū: a nr̄ p̄imus  
Et sibi hoc dicendū. primo q̄  
ex p̄cepto te nemur inimicos  
nostros nō odire sibi naturā.  
sibi quā sūt nr̄i p̄imi. Secū  
do q̄ tenemur eos sibi naturā  
non solū nō odire. sed etiā tene  
mur eos diligere. Ita ut veli  
m̄ eis bona felicitatis eterne.  
virtutū. et bona nature. fortu  
ne. inq̄tū eos talia. p̄mouent  
ad beatitudinē eorū. Primū pa  
tet p̄. xxv. Si ceciderit inim  
icus tu⁹. ne gaudeas. ne forte  
videat de⁹ a displiceat illi. et  
autat irā suam ab eo. et cū ab  
illo auerteit. ad illū dirigat q̄  
de inimici ruina gaudebat. Et  
exo. xxiiij. Si videris aſinū in  
imici tui in luto iacentem. non  
pterib⁹ misi pri⁹ eleues eū. Si  
inimici aſin⁹ nō est relinque  
dus in luto. q̄ to m̄nus xp̄i ſa  
guine redēptus. et dei ymagie  
infigitū. non d; negligi hō.  
Ideo i. Joh. iiij. Qui odit frē  
ſuū-homicida ē. Et scitis q̄ oſſ  
homicida nō habet vitā et nā  
in ſe manentem. Qd̄ doctores  
exponūt ſic. Qui odit fratre

## Quintū Preceptum

ſuū. qd̄ p̄i⁹ est q̄ nō dilige  
re eū-homicida est ſuūp̄i⁹ ſpi  
ritualiter. et frē ſuī corporaliter  
dispositiō tñ Secūdū pati⁹ q̄  
mat. xxij. p̄ceptū. diliges p  
ximū tuū ſicut teipſū. q̄ ſuū  
inimicus ē p̄im⁹ tuus. ut patu  
it ſup̄. Itē math. v. dñs precep  
tiue dicit diligite inimicos ve  
ſtros bñfacire hijs qui oderit  
vōs. Idem probat m̄gr. iii. 3.  
di. xxx. ¶ Hacō autē quare te. f  
nemur inimicos diligere ē. q̄  
dilectio quā xp̄s nob̄ p̄cipit  
qua tenemur diligere p̄imū  
est caritas. que hñtem facit at  
tendere q̄ q̄libet p̄imus via  
tor est ad ymaginē dei. de ca  
pax et beatitudinis que capaci  
tas cū ſit naturaliter in inimico  
et in amico: oē ſtenemur diligē  
re ad tale bonū. Deus enī ē vñ  
uerſale bonū i nullo inimicib⁹  
lis ex cōicaō ſuī ad aliū. cu  
bono ſauere delem⁹ et optaē  
ut ab ūmb⁹ h̄ib⁹ viatorib⁹  
honoretur. Diligam⁹ ergo in  
inimico oē illō qd̄ ē i eo a deo.  
et odiām⁹ in eo ūne illō qd̄ ē  
a dyabolo. Sic ei medicus in  
firmū diliget. ſi febrem pſeq  
tur. Et mater filiū diliget. ſed  
eius ſcabiē odit. ¶ Quo ad g  
terciū p̄cipiale vtrū ad di  
ligendum inimicū exigatur  
ſpecialis actuacō mētis. Non  
dū ſuū tho. vbi ſup̄. q̄ dilectō

## Quintum

## Preceptum

nature inimici poterit duplicitate considerari uno modo in generali. a sic est in precepto. ut cum aliquis in generali diligit proximos: ab illa generalitate inimicu non excludat. **D**omini qui oraret ex deliteracione: corde vel ore dicendo domine da pacem huic civitati. vel regio. deinde tali inimico meo: peccarum modliter. quod con caritate ageret. **A**lio modo considerat dilectione primi in speiali ut scilicet aliquis in speiali moueat motu dilectionis actualis ad inimicu suum. ita quod actualiter velit et optet sibi bonum. **I**llud secundum theologie. non est de necessitate precepti. **E**xempli gratia. **C**um quis cogitat de sorte inimico suo: non est preceptum quod statim velit vel optet sibi bonum actualiter. **Q**uia preceptum de dilectione inimicorum est affirmatum. Ideo non obligat per seipsum. Sed preceptum est ut non odiat eum. et nunquam affectet vel optet sibi malum in tecone nondem. **Q**uia non odire proximum est preceptum negatiuum. Ideo obligat ad semper et pro semper. **E**ssecutum secundum theologie. hoc de necessitate caritatis. secundum ipsarationem aimi. ut scilicet homo habeat amicum patum ad hoc ut in singulari inimicu afflue et etiam effectiue diligenter si necessitas occurret. **S**ed quod articulo necessitatis hoc actu impletatur: perfectionis est. **Vt** Augustinus probat in encyclopedion. Et

## Capitulum

## Octauum

ut ibide dicit. eet adhuc maioris perfectiois. quod homo magno conatu et profecto amore elicito ferretur dilectione in inimicu cum affectu sibi volendo bonum. potissimum dum ille inimicus actu offendit. ut fecerunt Christus in cruce. et Stephanus morturus.

## Capitulum. viii.

**S**ecundo cum inimicu a nos persequatur ore. debemus eis dilectionis beneficia ostendere non solu confessi ecclae. quod fieri potest tripliciter. de quibus pro presenti tractabitur. **P**rimo de reconciliacione. Secundo de vitanda calumnia. Tercio de oracione et de impudentia benedictione. **R**esumptum ad ipsum: valet illud. **M**athew. v. Si offers munus tuum ad altare. et recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuum ante altare et vadere reconcilia fratri tuo. **V**bi enim primo non datur quod sit templum in quo offerendum sit munus. quod altare super quo. et quod munus seu sacrificium. **T**emplum est aia munda et cor purum quod sit deo per Christum passione in baptinate osculata teste apostoli. i. cor. iii. nescitis quod templo dei vestis vestis. **E**t iterum templum dei sanctorum est quod estis vestis. **E**t alibi scriptum estis vestis Christi magni glorificate. et portare deum in corpe vestro. Altare est fides vestra et firma de qua habebitis. vi.